



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1276 Usque Ad Annum 1312

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1766

VD18 90118251

§. 22. Balduinus Luxemburgius Archiepiscopus Trevirensis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67012](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67012)

§. XXII.

Sæcul' XIV.

A. C. 1308.

Balduinus Luxemburgus Archiepiscopus Trevirensis.

Diethero Nassovio vita functo Canonici Trevireses 7 Dec. 1307 convenere, ut eligerent Archiepiscopum, & Balduinum Luxemburgium postularunt, quem Papa ad sedem Moguntinam non admiserat. Postularunt autem quippe juniorem, quam ut eligeretur. Erat Canonicus Præpositusque Trevirensis, atque per suam indolem præclaram, & bonam educationem magnas de se spes præbuerat. Et vero communi gaudio excepta est postulatio. Confestim legatio mittebatur Pictavium ad Papam Clementem, præcipue ætatis gratiam petitura: Balduinus enim tantum viginti duos habebat annos. Papa vehementer instante Petro Archiepiscopo Moguntino de consilio Cardinalium legis gratiam fecit, & confirmavit postulationem.

Sap. 9. 10.

Gregor. 1. 17.

n. 1.

Gesta Bald.

10. 1. Miscel.

Baluz. p. 98.

Trith. Chr.

Hirs. an.

1307.

Balduinus Parisiis Juri Canonico dabat operam. Accepto ibi dignitatis suæ nuncio mox Pictavium petiit cum duobus fratribus suis Henrico Luxemburgi Comite & Valerano, numerosoque comitatu. Jubente Papa an. 1308 decima Martii, quæ erat secunda jejunii verni

S s 2

domi-

Sæcul. XIV. dominica per Cardinalem inauguratus
A.C. 1308. sacerdotio, postmodum a Clemente ipso in
 Archiepiscopum consecratus accepit pal-
 lium. Tum ad dioecesim suam profici-
 scens prope hinc aberat, quando per e-
 pistolam ab Archiepiscopo Moguntino
 missam comperit Albertum Austriacum
 Romanorum Regem 1 Maji per nepo-
 tem ipsius Joannem Sueviæ Ducem oc-
 cisum esse, cum regnasset novem annis
 totidemque mensibus. Balduinus Tre-
 viros solenniter intravit die Pentecostes
 2 Junii: celsamque hanc sedem quadra-
 ginta sex annis tenuit.

§. XXIII.

Dulcinus hæreticus.

Sup. lib. 89. Annos abhinc duos & amplius in Lom-
§. 12. bardiaë montes Novariæ vicinos con-
Ptol. Luc. venerant quidam hæretici, reliquias fal-
ap. Baluz. forum Apostolicorum, quos Papa Ni-
to. 1. vit. p. 26 colaus IV condemnaverat an. 1290. Ca-
Et Bern. put illorum erat Dulcinus filius Sacer-
Guid. ibid. dotis in eadem dioecesi. En errores
p. 66. v. p. 605 ejus. Ecclesia Romana pridem perdidit
C. Nang. p. omnem auctoritatem a Christo acceptam:
623. Apoc. & Ecclesia, in qua sunt Papa, Cardinales,
18. Emeric. Clerus, ac Religiosi, est Ecclesia repro-
Direct. p. 269 bata & sine fructu; est magna meri-
 trix in Apocalypsi: potestas, quam ei
 Christus primum dederat, ad Ecclesiam
 nostram